



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Ammiani Marcellini Rervm Gestarvm Liber Decimvsseptimvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277

Laureata
litera.

Disparatus
mansione
quadrage-
sima.

eius mentione per textum longissimum facta, laureatas literas ad provinciarum signa mittebat, se inter primores uersatum cum odiosa sui iactatione significans. Extant denique eius edicta in tabularijs principis publicis condigne scriptis, memoria delata narrandi, extollendique semet in caelum. Argentorato cum pugnaretur mansione quadagesima disparatus, describens praelium, aciem ordinasse, & stetisse inter signiferos, & Barbaros fugasse praecipites, sibi quoque oblatum falso indicat Chonodomarium. pro herum indignitas, super Iuliani gloriosis actibus conticescens, quos sepelierat penitus, ni fama res maximas uel obumbrantibus plurimis silere nesciret.

AMMIANI MARCELLINI

RERVM GESTARVM LIBER
DECIMVS SEPTIMVS.

Argentora-
tensis pugna

Mediomat-
rici.



Vt prima
uertiginis
impetum
declinaret.

Fumi uo-
lumina.

ANC rerum quis uarietate iam digessimus, ita conclusam iuuet artius. Rheno post Argentoratensem pugnam ociose fluente, securus sollicitusque, ne dirae uolucres consumerent corpora peremptorum, sine discretione cunctos humari mandauit. Absolutisque legatis, quos ante certamen superba quaedam portasse praediximus, ad tres tabernas reuertit. Unde cum captiuis omnibus praedam Mediomatricos seruandam, ad reditum usque suum duci praecipit, & penitus ipse Mogontiacum, ut pontem cum pacto transgressus in suis relinqueret Barbaros, cum nullum reliquisset, & in nostris refragante uetabat exercitu, uerum facundia iucunditateque sermonum adlectum, in uoluntate traduxerant suam. Amor enim post documenta flagrantior sequi libenter hortatus est. Omnes operae contumeliam auctoritate magnificum ducem plus laboris indicare sibi quam militi, sicut perspicue contigit aduersum. Moxque ad locum praedictum est uentum, flumine pontibus constratis transmissis, occupauere terras hostiles. At Barbari praestrici negotij magnitudine, qui se in tranquillo positos socios, tunc parum inquietare posse sperabant, aliorum exitio quid fortunis suis immineret anxie cogitantes, simulata pacis petitione, ut prima uertiginis impetum declinarent, miserunt legatos cum uerbis compositis, quae denuntiarent concordem foederum firmitatem, incertumque quo consilio stat institutos. Mutata uoluntate per alios cursu celeri uenire compulsos, acerrimum nostris minati sunt bellum, ni eorum regionibus excessissent. Quibus clara fide compertis, Caesar prima noctis quiete nauigijs modicis & uelocibus, octingentos imposuit milites, eorum uiginti sursum uersus decursi egressique, quicquid inuenire potuerunt ferro uiolarent & flammis, quod ita disposito solis primo exortu, uisis per montium uertices Barbaris, ad celsiora ducebatur alacrior miles. militaque inuento hoc liquidem opinati discessere coeque, eminus ingentis fumi uolumina uisabantur

bantur, indicantia nostros perruptas populari odio terras hostiles, quæ res germanorum perculit animos, atq; desertis insidijs, quas per arta loca & latebrosa struxerant nostris, trans Rhenum nomine fluuium ad opitulandum suis necessitudinibus auolarunt. Vt enim rebus amat fieri dubijs & turbatis, hinc equitum nostrorum accursu, inde nauigijs uectorum, militum impetu repentino perterrefacti, euadendi subsidium uelox locorum inuenire prudentes, quorum miles libere gradiens, opulentas pecore uillas & frugibus rapiebat nulli parcendo. Extractisq; captiuis, domicilia cuncta curatius ritu Romano constructa, flammis subditis exurebat. Emensisq; æstimatione decimi lapidis, cum prope syluam uenisset squalore tenebrarum horrendam, stetit diu cunctando, indicio perfraga edoctus per subterranea quædam occulta, fossasq; multifidas latere plurimos, ubi habile uisum fuerit erupturos. Ausi tamen omnes occidere fidentissime uitibus incisis & fraxinis, roboréque abiecto magno semitas inuenire constras. Ideoq; gradientes cautius retro non nisi per anfractus longos, & aspectos ultra progredi posse uix indignationem cupiētibus animis aduertebant. Et quoniam aeris urente sæuitia, cum discriminibus ultimis laboratur incassum, æquinoctio quippe autumnali exacto, per eos tractus superfusa niues oppleuere montes, simul & campos, opus arreptum est memorabile. Et dum nullus obsideret monumentum, quod in Alemannorum solo cõditum, Traianus suo nomine uoluit appellari, dudum uiolentiùs oppugnatum, tumultuario studio reparatum est. locatisq; ibi pro tempore defensoribus ex Barbarorū uisceribus alimenta congesta sunt, : quæ illi maturata ad suam perniciem contemplantes, metūq; rei peractæ uolucriter cõgregati, precibus & humilitate suprema petierunt oratoribus pacem: quam Cæsar omni cõsiliorum uia firmatam causatus uerisimilia plurima per decem mēsiū tribuit interuallum. Id nimirū solerti cõligens mente, quod castra supra quàm aptari potuit occupata, sine obstaculo tormētis muralibus, & apparatu deberent ualido cõmuniri, hac fiducia tres immanissimi reges uenerunt, tandē aliquādo iam trepidi ex his, qui misere uictis apud Argentoratū auxilia, iurantes conceptis ritu patrio uerbo, linquentium acturos se fœdera ad præstitutum usq; diem: quia id nostris placuerat cum munimento seruaturus intacto, frugesq; portaturos humeris, si defuisset, si decuerit defensores, quod utrunq; metu perfidiam frenante fecerūt, hoc memorabile bello cõparando quidē Punicis, & Teutonicis, sed dispendio rei Romanæ peracto leuissimis, ut faustus Cæsar exultabat & felix, crediq; obrectatoribus potuit. Ideo fortiter eum ubiq; fecisse fingentibus, quod oppetere dimicando gloriose magis optabat, q̄ damnatorū forte, sicut sperabant, ut frater Gallus occidi in pari proposito, post excessum quoq; Constantij actibus mirandis indaruisset, quibus ut in tali re cõpositis, firmiter ad sedes reuertens Hybernas, sudorū reliquias reperit tales. Remos Seuerus magister equitum per Agrippinā petens, & uilia, cū Francorū ualidissimos cuneos in sexcentis uelutibus, ut postea claruit, uacua præsidijs loca uastantes offendit. Hac opportunitate in scelus audaciam erigente, quod Cæsare in Alemannorum secessibus occupato, nullóq;

Aeris urente
sæuitia.

Monumen-
tum in Ale-
mannis con-
ditum a Tra-
iano.

Metu perfidiam frenante.

Francorum
ualidissimi
cunei.

Gg 4 uetante

uetante expellere se posse præclara opportunitate sunt arbitrati: sed metu iam reuerſi exercitus munimentis duobus, quæ olim examinata sunt occupatis, se quoad fieri poterat, tuebantur. Hac Iulianus rei nouitate percuſus, & conijciens quorſum erumperet, ſi iſdem tranſiſſet intactis: retento milite circumuallare

Mofa fluuius. diſpoſuit Caſtellum oppidū, quod Moſa fluuius præterambit, & aduſq; quartum & quingefimum diem, Decembri ſcilicet & Ianuario menſe obſidionales tractæ ſunt moræ, deſtinatis Barbarorum animis incredibili pertinacia relictis. Tunc pertimeſcens ſolertiſſimus Cæſar, ne obſeruata nocte illuni, Barbari gelu uinctum amnem peruaderent: quotidie à ſole in ueſperam flexo aduſq; lucis principium luſorijs nauibus diſcurrente, flumen ultro citroq; milites ordinauit, ut cruſtis primarū diffractis, nullus ad erumpendum copiam facile perueniret. Hocq; commentato, inedia, & uigilijs, & deſperatione poſtrema laſſati ſponte ſe propria dederunt. ſtatimq; ad comitatum Auguſti ſunt miſſi aliquot eximendo periculo. multitudo Francorum egreſſa cum captos comperiſſet, & aſportatos, nihil amplius auſa repedauit ad ſua caſtra: hiſq; perfectis acturus hyemem reuertit Parisios Cæſar. Quia igitur plurimæ gentes ui maiore collaturæ capita ſperabantur, dolum bellorum coniectans ſobrius rector, magnis curarum molibus ſtringebatur. Dumq; per inducias licet negociofas & breues, erumnoſis poſſeſſorū dominis mederi poſſe credebat, tributariocinia diſpenſauit. Cumq; Florentius præfectus prætorio cuncta permenſus, ut contendebat, quicquid in captione deeſſet ex cõquiſitis ſe ſupplere firmat, Et talium gnarus, animam primus amittere, quàm hoc ſinere fieri memorabat. Norat enim huiusmodi prouiſionū, immo euerſionum, ut uerius dixerim, inſanabilia uulnera ſæpe ad ultimam egeſtatem prouincias contraxiſſe. quæ res, ut docebitur poſtea, penitus euertit Illyricum. Ob quæ præfecto prætorio ferri nõ poſſe, clamante ſe repente factum inuidum, cui Auguſtus ſummam commiſerit rerum: Iulianus eum ſedatus lenius ſcrupuloſe computando, & uere docuit non ſufficere ſolum, uerumetiam exuberare capitaciones calculorum commeantium ad neceſſarios apparatus. Nihilominus tamen diu poſtea indictionale augmentum oblatum ſibi nec recitare, nec ſubnotare perpeſſus, humi proiecit. literiſq; Auguſti monitus ex relatione præfecti non agere: ita perplexæ, ut uideretur parum Florëtio credi, reſcripſit, gratandum eſſe, ſi prouincialis hincinde uaſtatus, ſaltem ſolennia præbeat nedum incrementa, quæ nulla egenis ſupplicia poſſent hominibus extorquere. factum eſt tunc & deinde unius animi firmitate, ut præter ſolita nemo Gallis quicquàm exprimere conaretur Camelafi nomine inique inuſitato exemplo id petendo, Cæſar impetrauerat à præfecto, ut ſecunda Belgicæ multiformibus malis oppreſſæ diſpoſitio ſibi committeretur: ea uidelicet lege, ut nec præfectianus, nec præſidialis apparitor ad ſolendum quendam urgeret. Quo leuati ſolatio cuncti, quos in curam æs alienum ſeparat ſuam, nec interpellatum ante præſtitum tempus debita contulerunt. Inter hæc recreandarum exordia Galliarum adminiſtrante, ſecundam adhuc Orphito præfecturam, obeliſcus Romæ in circo erectus eſt maximo.

Super

Nox illunis.
Gelu uin/
ctus fluuius

Reuertit Pa/
riſios cæſar.
Sobrius re/
ctor Iulianus

Exuberare
capitaciones.
Indictionale
augmentum.

Camelafia.

Præſidialis
apparitor.

Obeliſcus
in circo ere/
ctus.

Super quo nunc quia tēpestiuum est, pauca discurrā. Urbem priscis sæculis conditam, ambitiosa mœnium strue, & portarum centum quondam aditibus celebrem, Hecatompylos Thebas institutores ex facto cognominarunt, cuius uocabulo prouincia nunc usq; Thebas appellat. Hanc inter exordia pandentis se late Carthaginis improuiso ex occurſu duces oppressere Pœnorū, posteaq; reparatam Perſarum rex ille Cambyſes, quoad uixerat alieni cupidus & immanis, Aegypto perrupta aggressus est, ut opes exinde raperet inuidendas, ne deorum quidem donarijs parcens; qui dum inter prædatores turbulenter cōcurſat, laxitate perpendit, indumentorum concidit pronus, ac suomet pugione, quem aptatum fœmori dextro gestabat, subito uī ruinae nudato uulneratus penē letaliter interisset. Longe autem postea Cornelius Gallus res tenens Romanas Aegypti procurator exhaustit ciuitatem plurimis interceptis, reuerſusq; furtorū arceſſeretur, & depopulatae prouinciæ metu nobilitatis acriter indignata, cui ne gocium spectandum dederat Imperator, stricto incubuit ferro. Is est si recte existimo, Gallus poëta, quem flens quodammodo in postrema Bucolicæ parte Vergilij carmine decantat. Inter hæc in hac urbe inter labra ingentia, diuerſasq; moles figmenta Aegyptiorū numinum exprimētes, obeliscos uidimus plures, aliosq; iacentes & comminutos, quos antiqui reges bello domitis gentibus, aut prosperitatibus ſummarum rerum elati, montium uenis uel apud extremos orbis incolas perſcrutatis excisos erectosq; Dijs ſuperis in religione dicarunt. Est autem obeliscus asperrimus lapis in figuram metæ cuiusdam, ſenſim ad proceritatem cōſurgens excelſam: ut quæ radium imitet graciliſcens paulisper ſpecie quadrata in uerticem productus anguſtum, manu leuigatus artificis, formarū autem innumeras notas Hieroglyphicas appellatas, quas ei undiq; uidemus incisas, initialis ſapientiæ uetus inſigniuit autoritas. Volucrum enim ferarumq; etiam alieni mundi genera multa ſculpentes, Ad aui quoq; ſequētis ætates Imperatorū uulgatus peruenire memoria promiſſa, & ſoluta regum uota monſtrabant. Non enim ut nunc literarum numerus præſtitutus, & facilis exprimit quicquid humana mens cōcipere poteſt. Ita priſci quoq; ſcriptitarū Aegyptij, ſed ſingulæ literæ ſingulis nominibus ſeruiebant, & uerbis nonnunq; ſignificabant integros ſenſus. Cuius rei ſcientia in his interim in duobus exemplum per uulturem naturæ uocabulum pandunt: quia mares nullos poſſe inter has alites inueniri rationes memorant phyſicæ, perq; ſpeciem apis mella cōficiētis indicant regem moderari cum iucunditate. Aculeos quoq; innasci debere his ſignificant oſtendentes, & ſimilia plurima. Et quia ſufflantes adulatores ex more conſtantium id ſine modo ſtrepebant. Quod cum Octauianus Auguſtus obeliscos duos ab Heliopolitana tranſtuliffet Aegyptia, quorum unus in circo maximo, alter in campo locatus eſt Martio: hunc recens aduectum difficultate magnitudinis territus, nec contrectare auſus eſt, nec mouere. Diſcant qui ignorant, ueterem principem tranſlatiſ aliquibus hunc intactum ideo præterriſſe, quod deo ſoli ſpeciali munere dedicatus, fixusque intra ambitioſi templi delubra, quæ cōtingi non poterant, tanquam apex omnium eminebat. Verum

Constantinus

Hecatompylos Thebas.

Donaria Cambyſes explicauit

Galli poëta mors.

Obeliscus quid.

Hieroglyphica nota.

Vultur naturæ uocabulum.

Obelisci Auguſti.

Constantinus id parui ducens auulsam hanc molem sedibus suis, nihilq; committere in religionem recte existimans, si ablatum uno templo miraculum Romæ sacraret, id est, in templo mundi totius iacere diu perpessus est, dum translatione pararentur utilia. Quo conuecto per alueum Nili proiectoq; Alexandriae nauis amplitudinis ante hac inusitata edificata est sub trecētis remigibus agitanda. Quibus ita prouisis, digressioq; uita principe memorato, urgens effectus intepuit, tandemque sero impositus naui per maria fluentaque Tybridis uelut pauentis, ne quod penè ignotus miserat Nilus, ipse parum sub emeatu sui discrimine incenibus aluminis inferret, defertur in uicium Alexandri, tertio lapide ab urbe seiunctum, unde carrucis impositus tractusq; lenius per Ostiensem portam, piscinamq; publicam circo inlatus est maximo. Sola post hæc restabat erectio, quæ uix aut ne uix quidem sperabatur posse compleri, id est, usque periculum, altis trabibus ut machinarum cernerer nemos, innectuntur uasti funes & longi, ad speciem multiplicium liciorum cælum densitate nimia subtentes, quibus conligatus mons ipse effigiatus scriptilibus elementis, paulatimq; id per arduum inane protentus, diuq; pensilis hominum millibus multis tanq; molendariæ rotantib⁹ metas cauea locatus in media æquesphaera, superponit habena aureis laminis nitens. Qua cõfestim ui ignis diuini cõtacta: ideòq; sublata facis imitamentū in figura æreum, itidem auro imbracteatum uelut abundanti flamma cauentis. Sequutæq; atates alios transtulerunt: quorum unus in Vaticano, alter in hortis Salustij, duo in Augusti monumento erecti sunt. Qui autem notarū textus obelisco incisus est ueteri, quem uidemus in circo, Hermopionis librum sequuti interpretatum literis subiecimus Græcis,

Piscina publica.

Erectio obelisci.

Scriptilibus elementis.

Molendariæ meta.

Auro imbracteatum.

Obelisci plures Roma.

Genuinus fastus.
Sapor frater solis & lunæ

& reliqua. Diutiano & Cereali cõsulibus, cum uniuerfa per Gallias studio cautione disponderentur, formidòq; præteritorum barbaricos hebetaret excursus, rex Persarum in confinijs agnoscens adhuc gentium extimarum, iamq; cum Chionitis & Gelanis omnium acerrimis bellatoribus, pignore isto societates rediturus, ad sua tum Saporis scripta suscepit, pacem Romanū principem nunciantes poscere precatiuam. Ideòq; nō nisi firmato imperij robore tentari talia suspicatus, latius semet ostentans pacis amplectitur nomē, & conditiones proposuit graues, missoq; cum muneribus Narseo quodā legato, literas ad Constantium dedit, nusquam à genuino fastu dedinans, quarum hunc fuisse acceptum sensum. Rex regum Sapor particeps syderū, frater Solis & Lunæ, Constantio fratri meo salutem plurimam dico. Gaudeo quod tandem mihi placet ad optimam te uiam reuertisse, & incorruptū æquitatis agnouisse suffragium, rebus ipsis expertum pertinax alieni cupiditas quas aliquoties adiderit strages. Quia igitur ueritatis oratio soluta esse debet & libera, & celliores fortunas idem loqui decet atq; sentire, propositū meum in pauca conferam, reminiscens hæc quæ dicturus sum, me sapius replicasse. Adusq; Strymona flumen, & Macedonicos fines tenuisse maiores meos, antiquitates quoque uestræ testantur. hæc me

hæc me flagitare, ne sit adrogans, quod adfirmo splendore uirtutum, qui insi-
gni serie uetustis regibus antestans elucescit. Sed ubique mihi cordi est recor-
datio, cui coalitus ab adolescentia prima, nihil unquam pœnitendum admisi.
Ideoq; Armeniam recuperare cum Mesopotamia debeo, auo meo composita
fraude præreptam. Illud apud nos nunquam inceptum fastu quid à scriptis
nos exultantes, nullo discrimine uirtutis, ac doli, prosperos omnes laudari de-
bere bellorum euentus. Postremo si morem gerere suadenti uolueris recte, con-
temne partem exiguam semper luctificam & cruentam, ut cætera regas securus
ac prudenter: reputans medelarum quoq; artifices urere, nonnunq; & secare, &
partes corporum amputare, ut reliquis uti liceat integris. hoc bestias factitare,
quæ cum aduertant cur maximo opere capiantur, illud propria sponte amit-
tant, ut uiuere deinde possint impauidæ. Id sanè pronuntio, quod si hæc mea le-
gatio redierit irrita, post tempus hyemalis quietis exemptum, uiribus totis ac-
cinctus, fortuna hominum motibus inæquali successus secundos propitiante,
uenire quoad ratio siuerit festinabo. his literis diu libratis, recto pectore (quod
dicitur) consideratèq; responsum est hoc modo. Victor terra mariq; Constan-
tius fratri meo Saporì regi salutem plurimã dico. Sospitati quidem tuæ gratu-
lor, ut futurus si uelis amicus, cupiditatem uero semper inflexam fustusq; ua-
gantem uehementer insimulo. Mesopotamiam poscis ut tuam, perindeq; Ar-
meniam, & suades integro corpore adimere membra quædam, ut salus deinde
locetur in solido: quod infundendum est melius potiusq; ulla consensione fir-
mandum. Accipe igitur ueritatè non opertã præstigijs, sed perspicuam, nullisq;
minis inanibus perterrendam. præfectus pratorio meus opinatus aggredi ne-
gocium publicæ utilitati cõducens, cum duce tuo per quosdam ignobiles me in-
consulto, sermones conseruit super pace. Non refutamus hanc, nec repellimus,
absit modo cum decore & honestate nihil pudori nostro præruptura uel maie-
stati. Est enim absonũ & inuidens, cum gestarũ rerum ordines nõ placatæ sint
aures, quas inuidiæ nobis multipliciter incluserunt, cum deletis tyrannis totus
orbis Romanus nobis obtemperat, ea prodere, quæ cõtra si in orientales angu-
stias diu seruamus illibata. Cessent autè quæso formidines, quæ nobis inten-
tantur ex more cum ambaginèq; at nõ inertia nos, sed modestia pugnas inter-
dum excepisse potiusq; intulisse, & nostra quoties laceessimur fortissimo bene-
uolentiæ spiritu defensare, id experièdo, legendõq; scientes in prælijs quibusdã
raro rem titubasse Romanã. In summa uero bellorũ nunq; ad deteriorè prola-
psam, hanc legationè nullo Imperatore missam. Nec em̃ effrenatæ regis cupi-
ditati respõderi amplius quicq; potuit. Post paucissimos dies secutus est Pro-
sper Comes, & Spectatus tribunus, & notarius, itemq; Eustachius Musoniano
suggerente philosophus, ut opifex suadendi Imperatoris scripta perferentes,
& munera, enisuri apparatus interim Saporis arte quadam suspendere, ut su-
pra humanum modum prouinciæ munirent Arctoæ. Inter quæ ita ambigua,
ut Thiuntugi Alemannorum pars Italicis interminans tractibus, obliti pacis,
& fœderũ, quæ adepti sunt obsecrando, Rhetias turbulente uastabant, adeo ut
etiam

Nihil pœni-
tendum ad-
misi.

Medelarum
artifices.

Castor testi-
culos ampu-
tat.

Cõstantius
Saporì salu.

Non refuta-
mus pacem.

Placatæ sint
aures inui-
diæ.

Cessent for-
midines.

etiam oppidorum tentarent obsidia præter solitum. Ad quos repellendos cum ualida manu missus Barbatio in locum Siluani, peditum promotus magister ignauus, sed uerbis effusior, alacritate militum uehementer erecta, prostrauit acerrime multos: ita ut exigua portio, quæ periculi metus adidit fugam, egredi Lampfaces suos nõ sine lachrymis reuiferet, & lamentis. Huic pugnae Neuieta postea consul equestris præpositus turmæ, & adfuisse, & fortiter fecisse firmat: hisdem diebus terræmotus horrendi per Macedoniam, Asiamque, & Pontum adfiduis pulsibus oppida multa concusserunt, & montes inter monumenta tam multiformium erumnarum eminuere Nicomediæ dades, Bithyniæ urbium matris, cuius ruinarum euentum uere, breuiterque absoluam. Primo lucis exortu diem nonum Calen. Septembrium, concreti nubium globi nigrantium, latam paulo ante cæli speciem confuderunt: & amandato solis splendore, ne contigua uel apposita cernebantur: ita oculorum obtutu præstricto, humo inuolutus crassæ caliginis squalor infedit. Dein uelut numine summo fatales cõtortuente manubias, uentosque ab ipsis excitante cardinibus, magnitudo furentium incubuit procellarum: cuius impetu pulforum auditum est montium gemitus, & elisi littoris fragor, hæc quæ secum Typhones, atque Præsteres cum horrifico tremore terrarum, ciuitatem & suburbana funditus euerterunt. Et quoniam ad ciuitatē collium ædes pleraque uehebantur: aliæ super alias concidebant, relanguentibus cunctis sonitu ruinarum immenso. Interimque clamoribus uarijs excelsa culmina resultabant, quæritantium coniugum, liberosque: & si quid necessitudinis arte constringunt. Post horam denique secundam, multo ante tertiam, aer iam sudus & liquidus latentes retexit funereas strages. Nonnulli enim superruentium ruderum uel nimia constipati, sub ipsis interiire ponderibus. Quidam collotenus aggeribus obruti, cum superesse possent si qui iuissent, auxiliorum inopia necabantur. Alij lignorum extantium à culminibus fixi pendebant, uno ictu cæsi complures paulo ante homines, tunc promiscuæ strages cadauerum uidebant. Quosdam domorum inclinata fastigia intrinsecus ferebant intactos, angore & inedia consumendos. Inter quos Aristeneus affectatam regens diocesim, curans uicaria potestate, quam Constantius ad honorem uxoris Eusebiæ Pietatis eò cognominarat, animam hoc casu cruciatam diutius exhalauit. Alij subita magnitudine oppressi, hisdem adhuc molibus cõtreguntur. Conlisis quidam capitibus, uel humeris præfectis, aut cruribus inter uitæ mortisque confinia, aliorum adiumenta paria perferentium implorantes, cum obtestatione deserebantur. & superesse potuit ædium sacrarum, & priuatarum, hominumque pars maior, nipalantes abrupti flammarum ardores per quinquaginta dies & noctes, quicquid consumi poterat, excussisset. Adesse tempus existimo pauca dicere, quæ de terræ pulsibus coniectura ueteres collegerunt. Ad ipsius enim ueritatis arcana non modo hæc nostra uulgaris inscitia, sed ne sempiterna quidem lucubrationibus longis nondum exhausta physicorum ingenia penetrarunt. Vnde ut in ritualibus, & pontificijs obtemperantibus sacerdotijs, caute, ne alio deo pro alio nominato. Cum qui eorum terram concutiat, sit in obstructo, piacula committantur.

Accidunt

Rituales
libri.

Terræmotus
horrendi.

Nicomediæ
clades.

Amandato
solis splendore,

Manubias
fatales.

Typhones
Præsteres.

Aer sudus.

Animam diu-
tius exhalauit.

Physicorum
ingenia.

Accidunt autem, ut opiniones æstimant, inter quas Aristoteles æstuat & laborat, aut in cauernis minutis terrarum, quas Syringas appellamus, impulsu crebriori aquis undabundis: aut certe, ut Anaxagoras affirmat, uentorum uis subeuntium ima terrarum: qui cum soliditatibus cocrustatis inciderint, eruptiones nullas reperientes, eas partes soli conuibrant, quas subreperint humidi. Vnde plerunq; obseruatur, terra tremente, uentorum apud nos spiramina nulla sentiri, quod in ultimis secessibus occupantur. Anaximander ait arefcentem nimia æstuum siccitate, aut post madore imbrium terram rimas pandere grandiores, quas penetrat super nos aer uiolentus & nimius, ac per eas uehementi spiritu quaflata cieri proprijs sedibus. Qua de causa terrore huiusmodi uaporatis temporibus, aut nimia aquarum cælestium superfusione contingunt. Ideoque Neptunū humentis substantiæ potestatem Enosigeon, & Sifichthona poetæ ueteres, & Theologi nuncupauerūt. Fiunt autem terrarum motus modis quatuor: aut enim Palmatiæ sunt, qui humum molestius suscitantes, sursum propellunt immanissimas moles, ut in Asia Delos emerfit, & Hiera, & Anaperodus Ophiusa, & Pelagia prioribus sæculis dictitata, aureo quondam imbri perfusa, & Eleusim in Boetia, & apud Tyrrenos, Vulneaniæ, insulæq; plures, aut Scismatiæ, qui limes ruentes, & obliqui, urbes, ædificia, montesq; complanant: aut Chasmatice, qui grandiori motu, patefactis subito uoratrini terrarum partes absorbent, ut in Athlantico mari, Europeo orbe potior insula, & in Chriseo, Helice, & Burra, & in Ciminia, Italiæ parte apud oppidum Succuniū esse profundos hiatus terræ, qui æternis tenebris occultant. Inter hæc tria genera terræ motuum Mycrematicæ sonitu audiunt minatorio, cum dissolutis elemēta compagibus ultro adsiliunt, uel relabuntur confidentibus terris. Tunc enim necesse est uelut taurinis reboare mugitibus fragores, fremitusq; terrenos. Sed hinc ad exorsa. At Cæsar hyemem apud Parisios agens, Alemannos præuenire studio maturabat ingenti, nondum in unum coactos, sed insani post Argentoratum audaces omnes, & sæuos, operiensq; Iulium mensem, unde sumunt Gallicani procinctus exordia, diutius agebantur. Nec enim egredi poterat antequam ex Aquitania æstatis remissione solutis frigoribus, & pruinis ueheretur annona. Sed ut est difficultatum penè omnium diligens ratio uictrix, multa mente uersans, & uaria, id tantum reperit solum, ut anni maturitate non expectata, barbaris occurreret insperatus. firmatq; consilio xx dierum frumentum ex eo quod erat in sedibus consumendum, ad usum diuturnitatem excoctum, bucellatum, ut uulgo appellant, humeris imposuit libentium militum: hocq; subsidio fretus secundis ut ante auspicijs prouectus est, intra mensem quintū uel sextum duas expeditiones consumari posse urgentes, & necessarias arbitratus. Quibus paratis, petit primos omnium Francos, eos uidelicet, quos consuetudo Salios appellauit, ausos olim in Romano solo apud Toxiandriam locum habitacula sibi figere pralicer. Cui cum Tungros uenisset, occurrit legatio prædictorum opinatium reperiri Imperatorem, etiam dum in hybernis pacem sub hac lege prætendens, ut quiescentes eos tanq; in suis nec lacefferet quisq; nec uexaret.

Hh Hos legatos,

Causa terræ
motuū.

Terra tremē
te, spirami
na nulla.

Delos emer
fit.
Rhodos.

Vora
trina.

Chasmati
cus terræ
motus.

Taurinis re
boare mu
gitibus.

Gallicani
procinctus.

Ratio
uictrix.

Bucellatū.

Franci Salij.

Hos legatos, negotio plene digesto, oppositâque conditionum perplexitate, in
 iisdem tractibus moraturos, dum redeunt, muneratos absoluit. Dictoq; citius
 sequutus, praefecto Seuero duce misso per ripam subito cunctos adgressus, tan
 quam fulminis turbo percussit, iamq; precantes potiusquam resistentes inop
 portunam clementiae partem effectu uictoriae flexo, dedentes se cum opibus,
 liberisq; suscepit. Chamanos itidem ausos similia adortus, eadem celeritate par
 tim cecidit, partim acriter repugnantes, uiuosque captos compegit in uincula:
 alios praecipiti fuga trepidantes, ad sua recta ne militem spacio longo defatiga
 ret, abire interim permisit innocuos. quorum legatis paulo postea missis pre
 catum, consultumque rebus suis humi prostratis, sub obrutibus pacem hoc tri
 buit pacto, ut ad sua recta redirent incolumes. Cunctis igitur uoto currentibus
 studio peruigili properans modis omnibus utilitatem fundare prouinciarum,
 munimenta tria recta serie supercilij imposita fluminis Mosae subuersa, dudum
 obstinatione Barbarica reparare pro tempore cogitabat, & ilico sunt instaura
 ta procinctu paulisper omisso: atq; ut consilium prudens celeritas faceret tutum
 ex annona decem dierum & septem: quam expeditionem pergens uehebat
 ceruicibus miles portionem subtractam in iisdem condidit castris, sperans ex
 Chamanorum segetibus id suppleri, quod ablatum est. Longe autem aliter
 accidit. Frugibus enim nondum etiam maturis miles expensis, quae portauit,
 nusquam reperiens uictus extrema minitans, Iulianum compellationibus in
 cessebat & probris, Asianum appellans Graeculum, & fallacem, & specie sapien
 tiaestolidum. Vtq; inueniri solent quidam inter armatos uerborum uolubilitate
 conspicui, haec & similia multa strepebant. Quod trahimur spe meliorum, ab
 olita olim quidem dura, & perpeffu asperrima per niues tolerantes & acumina
 crudelium pruinarum: Sed nunc, proh nefas, cum ultimis hostium factis insta
 mus, fame ignauissimo mortis genere tabescentes, & ne quis nos barbarum exi
 stimet concitores prouincia, qui sola testamur non aurum, neq; argentum po
 teritis, quae olim nec contrectare potuimus, nec uidere: ita nobis negata uelut
 contra rempublicam tot suscepisse labores & pericula confutatis: Et erat ratio
 iuxta querelarum. Inter tot enim rerum probabilium cursus articulosq; neces
 sitatum ancipites, sudoribus Gallicanus miles nec donatium meruit, nec sti
 pendium. Iam inde ut illò est missus ea re, quod nec ipsi quod daret, suppetere
 poterat usquam, nec Constantius erogari more solito permittebat. Hocq; ex
 inde claruit fraude, potiusquam tenacitate committi. Quod cum idem Caesar
 petenti ex usu gregario cuidam, ut barbas detonderet, dedisset aliquid uile, con
 tumeliosus calumnijs appetitus est, Gaudentio tunc notario ad explorandos
 actus diu morato per Gallias, quem postea ipse interfici iusserat, loco monstra
 bitur competenti. Lenito tandem tumultu non sine blandiciarum genere uario
 contextoq; nauali ponte Rheno transito, terris Alemannorum calcatis, Seue
 rus magister equitum bellicosus ante haec & industrius comarcuit. Et qui saepe
 uniuersos ad fortiter faciendum hortabatur & singulos, tunc dissuasor pugnan
 di contemptus uidebatur & timidus, mortem fortasse metuens aduentantem,
 ut in

Tanq̄ fulmi
 nis turbo
 percussit.

Procinctu
 paulisper
 omisso.

Asianum
 Graeculum
 Iulianum
 milites uo/
 cant.

Querelae
 militum.
 Fame tabes
 centes.

Donatium

Vt barbas
 detonderet.

Ponte Rhe
 no transito.

ut in Tagetis Tusci libris legitur Vegonicis, fulmine mox tangendos adeo hebetari, ut nec tonitruū, nec maiores aliquos possint audire fragores. & iter ignauiter rexerat præter solitum, ut ductores uiarum præeuntes alacri gradu ultima minitendo terreret, ni omnes conspirantes in unum se loca penitus ignorare firmarēt. Qui interdicti metuentes auctoritatem, nusquam deinde sunt progressi. Inter has tamen moras Alemannorum rex Sumoarius ultro cum suis improuisus occurrit ferox ante sauiensq; in damna Romana, & tum lucrum existimans insperatum, si propria retinere permetteretur. Et quia uultus incensusq; supplicem indicabat, susceptus, bonoq; animo esse iussus & placido, nihil arbitrio suo relinquens, pacem genibus curuatis orabat. Et eam cum concessione præteritorum sub hac meruit lege, ut captiuos redderet nostros, & quoties sit necesse militibus alimēta præberet, susceptorū uilium more securitatem accipiens pro illatis: quam si non ostendisset in tempore, sciret se rursus ea defatigandum. Quod ita recte dispositum est, impræpedite completum, Hortarij nomine petendus erit regis alterius pagus. & quia nihil uidebatur deesse præter ductores, Nesticæ Tribuno scutariorū, & Cari. & Toni uiro fortitudinis miræ imperauerat Cæsar, ut magna quæsitum industria comprehensumq; offerrent sibi captiuum: & correptus uelociter adolescens ducitur, Alemannis pacto obtinenda salutis pollicitus itinera se monstraturum. hoc progressu sequutus exercitus, celsarum arborum obsistente congerie ire protinus uetabatur. Verum per circuitus longos, & flexus dissonos uentum est tandem ad loca, & ita quisque percitus armorum urgebat agros, pecora diripiebat, & homines resistentesque sine ulla parsimonia contruncabat. His malis percussus rex, cum multiplices regiones, uicorumq; reliquias cerneret exustorum, ultimas fortunarum iacturas adesse iam contemplatus orauit, ipse quoque ueniam facturum, se imperanda iurandi execratione restituere uniuersos promisit. Id enim cura agebatur impensior, detentisq; plurimis, reddidit paucos. Quo cognito ad indignationem iustam Iulianus erectus, cum munerandus uenisset ex more quatuor Comites, quorum ope & fide maxime nitentibus, non ante absoluit, dum omnes rediere captiui. Ad colloquium tamen accitus à Cæsare, tremantibus oculis adorato, uictorisque superatus aspectu, conditione difficili premebatur, hac scilicet, ut quomodo consentaneum erat, post tot secundos euentus, ciuitates quoque reparari ui Barbarorum excisas, carpenta, & materias ex opibus suis suorumque præberet. & hæc pollicitus imprecatusque, si perfidum quicquam egisset, iubenda sibi cruore supplicia ad propria remeare permissus est. Annonā enim transferre. ita ut Sumoarius ea re compelli non potuit, quod ad internitionem regione eius uastata nihil inueniri poterat, quod daretur. Ita reges illi tumentes, quondam immaniter rapinisq; ditescere adsueti nostrorum, Romanæ potentia iugo subdidere colla iam domita, & uelut inter tributarios nati, & educati obsecundabant imperio ingrauate. Quibus hoc modo peractis, disperso per stationes milite, consueta ad Hyberna regressus est Cæsar. Hæc cū in comitatu Constantij subinde noscerentur, erat enim necesse tanquam Cæsarem super

Fulmine tangendos hebetari.

Ad internitionem.

Romanæ potentia iugo colla subdidere.

Hh 2 omnibus

omnibus gestis ad Augusti referre scientiam: omnes qui plus poterant, in palatio adulandi professores iam docti, recte consulta prosperèq; completa uertebant in deridiculum: talia sine modo strepentes, insulse in odium uenit cum uictorijs suis capella, non homo. ut hirsutum Iulianum carpentes, appellantesq; loquacem talpam, & purpuratam simiam, & literionem Græcum: & his congruentia plurima, atq; uernacula principi resonantes, audire hæc, taliæque gestienti, uirtutes eius obruere uerbis impudentibus conabantur, ut segnem incessentes, & timidum, & umbratilem, gesta que secus uerbis comptioribus exornantem, quod non tunc primitus accidit. namq; ut solet amplissimi gloria obiecta esse semper inuidiæ, legimus in ueteres naturaq; magnificos duces uictoria criminaq;, etiam si inueniri non poterant, sinxisse malignitatem spectatissimis actibus eorum offensam: Ut Cimonem Milciadis filium insimulatum saepe ante, qui propè Eurimedonta Pamphilium flumè, Perfarum populum deleuit innumerum: coëgitq; gentem insolentia regis elatam, obsecrare suppliciter pacem: Aemilianum itidem Scipionem, ut somniculosum æmulum incusari maliuolentia, cuius impetrabili uigilantia obstinata in perniciem Romæ duæ sunt potentissimæ urbes excisæ, necnon etiam in Pompeium obtrectatores iniqui scrutantes, cum nihil unde uituperari deberet, inueniretur: duo hæc obseruauerunt ludibriosa & irrita, quod genuino quodam more caput digito uno scalpebat: quodq; aliquandiu tegendi ulceris causa deformis, fasciola candida crus conligatum. quorum alterum factitare ut dissolutum, alterum ut nouarum rerum cupidum adfererant. nihil interesse oblatrantes argumento subfrigido, quam partem corporis redimeret regiæ maiestatis insigni, cum uirum, quo nec fortior, nec cautior quisquam patriæ fuit, ut documenta præclara restantur. Dum hæc ita aguntur, Promeartemius curans uicariam præfecturam pro Basso quoque agebat, qui recens promotus urbi præfectus, fatali decesserat sorte. Cuius administratio seditiones perpeffa est turbulenta, nec memorabile quicquam habuit, quod narrari sit dignum. Augusto inter hæc quiescenti per hyemem apud Syrmium, indicabant nuntij graues & crebri permixtos Sarmatos, & Quados, in ciuitate & similitudine morum, armaturæq; concordés, Pannonias, Mœsiamq; alteram cuneis incurfare dispersis. quibus ad latrocinia magis q; aperto habilibus Marti hastæ sunt longiores, & lorice, ex cornibus raris, & leuigatis, plumarum specie linteis indumentis innexæ: equorumq; plurimi ex usu castrati, ne aut scæminarum uisu exagitati captentur, aut in subsidijs ferocientes prodant hinnitu densiore uectores, & per spacia discurrant amplissima sequentes alios, uel ipsi terga uertentes insidendo uelocibus equis, & mortigeris, trahentesque singulos, interdum & binos, uti permutatio uires foueat iumetorum, uigorq; ocio integretur alterno. Aequinoctio itaq; temporis uerni confecto, Imperator coacta militum ualida manu, ductu lenioris fortunæ profectus, cum ad locum aptissimum peruenisset, flumen Hystrum exundantem pruinarum iam resoluta congerie, super nauium foro ponte cõtexto transgressus, populandis Barbarorum incubuit terris. qui itinere festinato præuenti, cateruasq;

Capella Iulianus hirsutus. Purpurata simia.

Ut umbra tilem incessunt. Gloria obiecta inuidia.

Cimon.

Aemilianus somniculosus.

In Pompeium quod caput digito uno scalpebat.

Mœsia.

Equi castrati cur.

Permutatio equorum.

cateruasque bellatoris exercitus iugulis suis imminere cernentes, quem nondum per anni tempus conligi posse rebantur, nec spirare ausi, nec stare, sed uitantes exitium insperatum semet omnes effuderunt in fugam. Stratisque plurimis, quorum gressus uinxerat timor, in quos non exiit celeritas mortis, inter latebrosas conualles montium occultati, uidebant patriam ferro pereuntem: quam uindictissent profecto, si uigore quo discesserant, restitissent. Gerebantur hæc in ea parte Sarmatiæ, quæ secundam prospectat Pannoniam, parique fortitudine etiam Valeriani opes Barbaricas uerendo rapiendo occurrētia militaris turbauastabat. Cuius cladis immensitate permoti, posthabito concilio latenter arma petendo, specie pacis agmine tripertito agentes, securius nostros aggredi cogitarunt, nec expedire tela, nec uim uulnerum declinarent: nec quod est in rebus altissimis ultimū, uerti in fugam. Aderat at ilico Sarmatis periculum, quo quique participes, qui noxarum sæpe socii fuerant indiscreti: sed ne eos quidem prompta iuuit audacia in discrimina ruentes aperta. Cæsis enim compluribus pars quæ potuit superesse, per notos colles euasit: quo euentu uires, & animos incitante iunctis densius cuneis ad Quadorum regna properabat exercitus, qui ex pratorio casu impendentia formidantes rogaturi suppliciter pacem, fidentes ad principis uenire conspectum. Ergo hæc similia leniter dictoque die statuentis conditionibus, modo Zizais quoque etiam tum regalis propere uicorporis iuuenis, ordine Sarmatarum more certaminis instruxit ad preces. Visoque Imperatore abiectis armis pectore toto procubuit exanimis stratus: Et amisso uocis officio præ timore, dum cum orare deberet, maiorem misericordiam mouit, conatus aliquoties paruincæ impediēte singultu, præmissus explicare quæ poscebat. Recreatus denique tandem iussusque exurgere, genibus nixus usu linguæ recuperato, concessionem delictorum sibi tribui supplicauit & ueniam, eoque ad precandum admissa multitudo, cuius ora formidine non audacter laudabant, periculo adhuc instanti ambiguo: ubi ille solo iussus attolli, orandi signum expectantibus diu monstrauit, omnes clypeis telisque proiectis manus precibus dederunt plura excogitantes, ut uincerent humilitate supplicandi regalem duxerat, patior cum cæteris armatis etiam rumorem, & zinaphrum, & fragile, dum sub tegulos plurimosque optimates cum impetrandi specie similia petituros. Qui licet elati gaudio salutis indultæ conditionum sarcina compensare inimicæ facta pollicebantur, sed quæ cum facultatibus & liberis, & coniugibus terrarum suarum ambitu Romanæ potentie libenter efferrent. Præualuit tamen æquitati iuncta benignitas, iussisque ab itinere secedere impauidi nostros reddidere captiuos. Duxeruntque obsides postulatos, & obedire præceptis, deinde promptissime sponderunt, hortante hoc exemplo clementie aduolarunt regales cum suis omnibus Araharius & Vsapher, inter optimates excellentes animum gentilium duces, quorum alter Transsugitanorum, Quadorumque parti, alter quibusdam Sarmatis præerat, locorum confinijs & feritate iunctissimis: quorum plebem acrius Imperator, ne ferire foedera simulans, in arma repente consurgeret, discreto consortio, pro Sarmatis obsecrantes, iussi paulisper abscedere,

Hh ; dum

Fuga Sarmatarum.

Secunda Pannonia, Militaris turbo.

Amisso uocis officio,

Vsu linguæ recuperato,

Præualuit æquitati iuncta benignitas,

Quadi,

dum Barbarorum & Quadorum negotium spectaretur. Qui cum eorum ritibus oblati tantis curuatis corporibus, facinora grauius purgare non possent, ultimæ fortis infortunia, metuentes, dederunt obsides imperatos, nunquam antea pignora scederis exhibere compulsi. His ex æquo bonoque compositis, Vspahet in preces admissus est, Arabario pertinaciter obstrepente, firmantemque pacem, quam ipse meruit, ei quoque debere proficere, ut participi, licet inferior, & obtemperare suis imperium consueto. Verum quaestione discussa, aliena potestate eripi Sarmatæ iussi, ut semper Romanorum clientes offerre obsides quietis uincula conseruandæ gratanter amplexi sunt. Ingerebat autem se post hæc maximus numerus cateruarum confluentium nationum & regum suspensio, iugulis suis gladios obsecrantium. Postquam Arabarium impune compererant abcessisse, & pari modo ipsi adepti quoque pacem quam poscebant, accitos ex intimis regni procerum filios obsidatos sorte opinione celerius obtulerunt: Itidemque captiuos ut placuerat nostros, quos haud minori gemitu perdidere quam suos. Quibus ordinatis, translata est in Sarmatas commiseratione dignos potius quam simultate: quibus incredibile quantum improspertatis hæc attulit causa, ut uerum illud æstimaretur, quod opinatur quidam fatum uinci principis potestate, uel fieri potentes olim ignobiles erant huius indigenæ regni. Sed coniuratio clandestina seruos armauit in facinus, atque ut Barbari esse omne ius in uiribus adsuevit, uicerunt dominos ferocia pares, & in numero præ eminentes, qui confundente metu consilia ad Victobalos discretos longius confugerunt, obsequi defensoribus ut in malis optabile, quam seruitute mancipijs arbitrati, quæ deplorantes post impetratam ueniam recepti in fidem, poscebant præsidia libertati, eoque iniquitate rei permotus, inspectante omni exercitu conuocatus, allocutus uerbis mollioribus, Imperator nulli, nisi sibi ducibusque Romanis parcere præcepit. Atque ut restitutio libertatis haberet dignitatis argumentum, Zizaim regem ipsidem præfecit conspicuæ fortunæ, tum insignibus aptum profecto, ut res docuit, & fidelem, nec discedere quisquam post hæc gloriosa gesta permissus est, antequam (ut placuerat) remearent nostri captiui. His in Barbarico gestis, Bregetionem castra commota sunt. Ut etiam ibi belli Quadorum reliquias circa illos agitantium tractus lachrymæ uel sanguis extingueret: quorum regalis Iutrodotos Viduarij filius regis, & Agilimundus sub regulis, alijque optimates, & iudices uarijs populis præsidentes, uiso exercitu in gremio regni, solique genitalis, sub gressibus iacere militum, & adepti ueniam, iussa fecerunt, sobolemque suam obsidatos pignore, & obsequuturi conditionibus impositis tradiderunt, eductisque mucronibus, quos pro numinibus colunt, iurauerunt se permanuros in fide. His (ut narratum est) secundo finitibus euentu, ad limitantes Sarmatas seruos ocyus signa transferri utilitas publica flagitabat, quos erat admodum nefas impune multa & nefaria perpetrasse. Nam uelut obliti proprium tunc erumpentibus liberis, ipsi quoque tempus aptissimum nacti, limitem perumpere Romanum, ad hanc solam fraudem dominis suis hostibusque concordem deliberatum est. tamen id quoque lenius uindicari,

Sarmatæ
clientes Ro/
manorum.

Obsidatos
forte.

Fatum uinci
principis po/
testate uel
fieri.

Omne ius
in uiribus.

In Barba/
rico.
Quadi.

Sub regulis
Solum ge/
nitale.
Obsidatos
pignore.
Mucrones
pro numi/
nibus.

uindicari, quàm criminum magnitudo poscebat: hætenus ultione perrecta, ut ad longinqua translati amitterent copiam nostra uexandi: quos pericula formidare monebat scelerum conscientia diutius commissorum. Ideoque in se pugnae molem suspicati uertendam dolos parabant, & ferrum, & preces. Verum aspectu primo exercitus tanquàm fulminis ictu percussus, ultimæque cogitantes uitam precati, tributum annuum, delectumque ualida iuuentutis, & seruitium sponponderunt. annuere parati, si iuberentur aliorum migrare, ut gestibus indicabant & uultibus, locorum confisi præsidio, ubi lares post exactos inde dominos fecere securi. Has enim terras Parthiscus inruens obliquatis meatibus Histro miscetur. Sed dum solus licentius fluit, spacia longa & lata sensim præterlabens, & ea coarctans prope exitum in angustias accolas ab impetu Romanorum alueo Danubij defendit, à Barbaricis uero excursibus suo tutos præstat obstaculo: ubi pleraque humidioris soli natura, & incrementis fluminum redundantia stagnosa & referta salicibus: ideoque inuia, nisi per quàm gnaris: & super his insularem anfractum aditu Parthisci penè cõtiguam amnis potius ambiens, terræ consortio separauit. Hortante igitur principe cum genuino fastu ad ceteriorem uenire fluminis ripam, ut exitus docuit, non iussa facturi, sed ne uiderentur milites præsentiam formidasse. Stabantque contumaciter: Ideoque propinquasse monstrantes, ut iubenda repudiarent, quæ Imperator accidere posse contemplans, in agmina plurima clam distributo exercitu, celeritate uoluci migrantes, intra uallum acies clausit. Stansque in aggere celsiore cum paucis, & stipatorum præsidio tectus, eos ne ferocirent, lenius admonebat. sed fluctuantes ambiguitate mentium in diuersa rapiabantur, & furori mixta uersutia tentabant cum precibus prælium, uicinumque sibi in nostros parentes excursum proijcere consulto longius scuta, ut ad ea recuperanda sensim progressi, sine ullo fraudis indicio spacia furarentur. Iamque urgente in uesperum die, cum moras rumpere lux moneret, excedens erectis uexillis, in eos igneo miles impetu ferebatur. qui conuersi, acieque densiore contracta, aduersus ipsum principem stantem (ut dictum est) altius omnem impetum contulerant, cum oculis incessentibus & uocibus truculentis. Cuius furoris amentiam exercitus ira ferre non potuit, eosque Imperatori, ut dictum est, acriter imminentes, desinente in angustum fronte, quem habitum caput porci simplicitas militaris appellat, impetu dissecit ardenti, & dextra pedites cateruas peditum obruncabant, equites armis in equitum turmas se agilibus infuderunt. Cohors prætorica ex aduerso angustum cautius stipans resistentium pectora, moxque terga fugientium incidebat, & cadentes insuperabili contumacia Barbari non tam mortem dolere, quàm nostrorum lætitiæ horrendo stridore monstrabant: & iacentes absque mortuis plurimi succisis poplitibus: ideo adeptoque fugiendi superuenientium conliti ponderibus, cruciatus alto silentio perferebant. nec eorum quisquam inter diuersa supplicia ueniam petit, aut ferrum proiecit, aut exorauit celerem mortem, sed arma iugiter retinentes licet afflicti, minus criminis æstimabant

Seruitiū sponponderunt.

Parthiscus fluuius.

Stagnosa.

Ne ferociret.

Caput porci.

Succisis poplitibus.

alienis uiribus, potius quàm conscientia suæ iudicio uinci mustantes, quæ au-
diebantur interdum fortunæ non meriti fuisse quod uenit: ita in sauiore peri-
culo, discrimine præliorum emenso tot procubere subito Barbari, ut pugnam
fuisse sola uictoria declararet. Vix dum populis hostilibus stratis gregatim
peremptorum necessitudines ducebantur humilibus, & tracta è tugurijs ætate,
sexusq; promiscui, & fastu uitæ prioris abolito, ab infinitate obsequiorum ue-
nire seruilium, & exiguo temporis interuallo discursu, cæsorum aggeres, & ca-
ptiuorum agmina cernebantur. Incitante itaque feruore certaminum, fructuq;
uincendi, consurrectum est in perniciem eorum, qui deseruere prælia, uel in tu-
gurijs latitantes occultabantur, hos cum ad loca uenisset audidus Barbarici san-
guinis miles, disiectis culmis lenibus obruncabat, ne quenquàm casa uel tra-
bibus compacta firmissimis periculo mortis extrusit. denique cum inflamma-
rentur omnia, non ullusq; latere iam possit cunctis uitæ præsidijs circumcisus,
aut obstinate igni peribat absumptus, aut incendium uitans, egressusq; uno
supplicio dedinato ferro sternebatur hostili. fugientes tamen aliqui tela incen-
diorumque magnitudinem, amnis uicini se commiserere gurgitibus, peritia nan-
di ripas ulteriores occupare posse sperantes: quorum pleriq; submersi necati
sunt, alij iaculis periere confixis, adeo ut abunde cruore diffuso, meatus flumi-
nis spumaret tumens: ita per elementum utrunq; armata uincantium ira uir-
tusq; deleuit. Placuerat igitur post hunc rerum ordinem cunctis adimi spem
omnem, uitæque solatium: & post lares incensos, raptasq; familias, nauigia
iussa sunt colligi ad indagandos eos, nostrarum acie ulterior discreuerat ripa.
statimque ne alacritas inepesceret pugnantium, impositi lintibus per abdita
duci, uel iter expediti occuparunt latibula Sarmatarum, quos repentinus fese-
lit aspectus, gentiles lembos & nota remigia conspicientes. Vbi uero procul mi-
cantibus telis, quod uerebantur, propinquare senserunt, ad suffugia locorum
palustrium contulerunt, eosq; secutus infestius miles plurimus, ibi uictoriam
reperit: ubi nec caute posse consistere, nec audere aliquid credebatur. Post ab-
sumptos penè diffusosq; Amicenses, petiti sunt sine mora Picenses: ita ex re-
gionibus appellati conterminis, quos tutiores facere sociorum erumnae rumo-
rum assiduitate compertæ: ad quos opprimendos, erat enim arduum sequi per
diuersa conspersos imprudentia uiarum arcenti, Taisalorum auxilium, & libe-
rorum adæque Sarmatarum adsumptum est. Cumq; auxiliorum agmina lo-
corum ratio separaret, Tracontiguos Mæsiæ sibi miles elegit, Taisali proxima
suis sedibus obtinebant, liberi terras occupauerant è regione sibi oppositos Lu-
tugantos, territiq; recentibus subactorum exemplis, & prostratorum, diu hæsitab-
bant ambiguis mentibus, utrum oppeterent an rogarent, cum utriusq; rei sup-
peterent documenta non leuia. Vicit tamen ad ultimū cætu seniorum urgente
dedendi se cõsiliū, uariæq; palmæ uictoriarū accessit eorum quoq; supplicatio,
qui armis libertatē inuaserant: & relinquere cū precibus, ut superatos & imbelles
dominos aspernati, fortioribus uisus inclinauere ceruices. Accepta itaq; publica
fide, & deserto montium propugnaculo, ad castra Romana conuolauit eorum
pars

Fugientes
incendium
Barbari in
flu. ruunt.

Sarmatæ ad
suffugia pa-
lustrium lo-
corum.

Dedendi
cõsiliū.

pars maior diffusa per spatia ampla camporum, cum parentibus, & natis, atque coniugibus, opumque uilitate, quam eis celeritatis ratio furari permisit: & qui animas amittere potiusquam cogi solum uertere putabantur, dum licentem amentiam libertatem existimarent, parere imperijs, & sedes alias suscipere sunt adfensi tranquillas, & fidas, ut nec bellis uexari, nec mutari seditionibus possint. Iisdemque ex sententia, ut credebatur, acceptis quieuerunt paulisper post, feritate natiua in exitiale scelus erecti, ut congruo docebitur textu, hoc rerum prospero currente successu, tutela Illyrico competens gemina est ratione firmata: cuius negotij duplicem magnitudinem Imperator adgressus, utramque perfecit infidis exules populo licet mobilitate supra res acturos, tamen paulo uerecundius tandem reductos, munitis sedibus conlocauit. Iisdemque ad gratia tumulum, non ignobilem quempiam regem, sed quem ipsi antea sibi praefecere regalem imposuit, bonis animi corporisque praestantem. Tali textu recte factorum Constantius iam metuente sublimior, militarique consensu secundo Sarmaticus appellatus ex uocabulo subactorum: Iamque discessurus conuocatis cohortibus, & centurijs, & manipulis omnibus, tribunal insistens, signisque ambitus, & aquilis, & agmine multiplicium potestatum. His exercitum adlocutus est ore omnium fauorabilis, ut solebat, hortatur recordatio rerum gloriose gestarum omnium iucunditate uiris fortibus gratiore, admodum uerecunde replicare, quae diuinitus delata forte uincendi, & ante praelia, & ipso correximus feruore pugnarum Romanae rei fidissimi defensores. Quid enim tam pulchrum, tamque posteritatis memoria iusta ratione mandandum, quam ut miles strenue factis, ductor prudenter consultius exulteret? Perconsultabatque Illyricum furor hostilis, absentiam nostram inanitate tumentis despiciens, dum Italos tueremur, & Gallos: uariisque discursibus uastabat extrema limitum. nuncque nautis roboribus aliquoties peragrans pedibus flumina, non congressibus, nec armis fretus, aut uiribus, sed atrocitatis aduersus occultis, astu & ludificandi uarietate iam inde ab instituta gente, uestrisque maioribus formidatus: quae longius disparati, quae ferri poterant, tulimus leuiores iacturas, efficacia ducum uetari posse sperantes. Vbi uero per licentiam scandens in maius, ad funestas prouinciarum clades erepsit, & crebras communis aditibus Rheticis, tutelaque peruigili Galliarum securitate fundata, terrore nullo relicto, post terga uenimus in Pannoniam, placuit nomine sempiterno labentia firmaturi cunctisque paratis, ut nostris uere adulto egressi arripimus negociorum maximas moles. primum ne struendo textis copagibus ponti telorum officeret multitudo, quo opera leui profectio uisis terris hostilibus, & calcatis obstinatisque ad mortem animis conatos resistere Sarmatas absque nostrorum dispendio strauimus, parique petulantia ruentes in agmina nobilium legionum. Quados armatis adiuueta ferentes attriuimus, qui post erumnosa dispendia inter discursus, & repugnandi minaces anhelitus, quid nostra ualeat uirtus experti, manus ad dimicandum aptatas, armorum abiecto munimine pone texta uinxerunt, restaque solam salutem contemplantis in precibus, adfusi sunt uestigijs Augusti clementes, cuius praedia saepe compererant exitus habuisse felices.

His

Solum uertere.

Feritas natiua.

Constantius appellatus.

Oratio Constantij.

Extrema limitum.

Disparati.

Ver adultum.

Quados attriuimus.

His sequestratis, limitantes quoque fortitudine superauimus pari. Interfectisque pluribus, declinatio ad egi suffugia petere latebrarum palustrium. Hisque secundo finitis euentu, lenitatis tempus aderat, tempestiue limitantes ad loca migrare compulimus longe discreta, ne in perniciem nostrorum se commouere possent ulterius. Et pepercimus plurimis, & Zizam praefecimus liberis, dicatum nobis futurum & fidum, plus aestimantes creare, quam adferre Barbaris regem. Hoc decore augente solennitatem, quod iisdem quoque rector Tribunus ante hoc electus est acceptus. Quadruplex igitur praemium, quod unus procinctus absoluit, nos quae sciuimus, & respu. primo ultione parta de grassatoribus noxijs, deinde quod nobis sufficere ex hostibus captiuis. His enim uirtutem oportet esse contentam, quae sudore quaesiuit & dexteris. nobis amplae facultates opum, quae sunt magni thesauri, integra omnium patrimonium nostri laboris, & fortitudinis seruauerint. Hoc enim boni principis menti, hoc sensibus congruit prosperis. Postremo ego quoque hostilis uocabuli spoliolum praeme fero secundi Sarmatici cognomen: quod uos unum idemque sentientes mihi, ne sit arrogans dicere, merito tribuistis. Post hunc dicendi finem, contio omnis alacrior solito, aucta spe potioris & lucri, uocibus festis in laudes Imperatoris adsurgens, demumque ex usu testata non posse Constantium uinci, tentoria repetit lata. Et reditus Imperator ad regiam, otioque bidui recreatus, Syrmium cum pompa triumphali regressus est, & militares numeri destinatas remearunt sedes. Hisce hisdiebus Prosper expectatus, atque Eustachius, legati ad Persas, ut supra docuimus, missi: Tesisphonta reuersum regem adiere, literas proferentes Imperatoris, & munera poscebant, quae rebus integris pacem, & mandatorum memores nusquam ab utilitate Romanae rei maiestatemque discedebant amici, ita foedus sub hac lege firmari debere adseuerantes, ne super turbando Armeniae, uel Mesopotamiae statu, quicquam moueretur. Diu igitur ibi morati, cum obstinatissimum regem, nisi harum regionum dominio sibi adiudicato obdurescentem ad suscipiendam cernerent pacem, negotio redierunt in seculo. Post quod id ipsum condictionum robore pari impetratur Lucilianus missus Comes, & Procopius tunc Notarius, qui postea nodo quodam uiolentae necessitatis adstrictus, ad res consurrexerit nouas.

Vnus pro/
cinctus.

Virtus con/
tenta bene
partis.

Sarmaticus
Iulianus.

Syrmium
regressus.

Legati re/
deunta
Sapore.